

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Beneficiencia siue beneficium ai  
cum uariis

Beneficium illius commodum expectat cui prestatur non nostrum; alioquin nobis illud damus. Itaque multa que summam humanitatem afferunt, precio gratiam perdunt. Mercator urbibus prodest, medicus egrotis, mango uenalibus; omnes isti qui ad alienum commodum pro suo ueniunt, non obligant eos quibus prosunt.

Seneca libro IIII. de beneficiis.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Beneficiencia siue] Beneficia seu P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; perdunt] perduntur B; mango] magno P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>